



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXIV. De aduocatis ecclesiarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

ritate propria occupantium , aut recipientium de
manibus laicorum , antequam per diocestanum lo-
ci , vel superiorem eius , si ipse facere quod tene-
tur neglexerit , fuerit inuestitus , auctoritate præ-
sentis Concilii iure , si quod habet in beneficio eo-
dem , sit ipso iure priuatus ; & nihilo minus ipso fa-
cto sententiam excommunicationis incurrat : in
qua si per annum perstiterit contumaciter animo
indurato , ab omni ecclesiastico beneficio remo-
ueatur , tamquam inhabilis & indignus nunquam
de cetero ad aliquod aliud beneficium admitten-
dus. Hanc & constitutionem incidere voluimus ,
qui iam in præmissis delinquere præsumplerunt.

XXIV.

Præsentis auctoritate Concilii ecclesiarum ad-
uocatos , qui ecclesias onerant , vltra consuetam &
debitam seruitutem , ac per hoc ecclesiarum liber-
tates violent & infringunt , publice commonemus ,
vt ab indebitis vexationibus ecclesiarum & bonis
ipsarum abstineant , & iuris debitibus sint contenti ;
alioquin aduersus eorum iniuriam mediante iusti-
tia refrenandum , ad concessa nobis iuris beneficia
recurremus.

N O T A.

* *Concilium.*] Henricus Canisius , qui primus hanc cum aliis quibus-
dam Synodis a tenebris eruit , initio huius ad lectorum ita præfatur :
Admodum reverendus & clarissimus dominus dominus Georgius Lan-
terius ad diua Virginis Monachii præpositus , &c. pro ea qua peditus est
recondita eruditio , omnisque antiquitatis scientia , eruit e tenebris ma-
nuscripti codicis hæc Concilia digna luce . Illi ergo , amice lector , tu pa-
riter mecum acceptum refer , & gratias habe , quod habes hac , qua , scio ,
veneraberis , videbisque quasi præsens faciem aliquam Germanica ec-
clesie illorum temporum . Nomen archiepiscopi Saltzburgensis non ex-
primitur in primo Concilio , sed litera F. innuitur : Ego audacter Fride-
ricum